



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXVI. Markgraf Ludwig vereignet Tempelburg dem Johanniter-Orden, am 10. September 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

et prothonotarius Curie illustris Principis domini Barnim, ducis Stettinensis, Dominus Utricus de Scheninge et dominus Henningus de Rebenis dicti, milites, et Dominus Henricus de Stegelitz, miles, Dominus Johannes Glasenap, Archidiaconus piricensis, Grunwort de Birckhort, Ludike de Brederlo dicti, famuli, et quam plures alii fide digni ad premissa vocati Specialiter et rogati. Datum et actum Bane, Anno M^o. tricentesimo quadragesimo quinto, in octava Epiphanie domini. In cuius rei evidentiam pleniorum presens scriptum Sigillo oppidi Bane duximus roborandum.

Aus einem Diplomate. Pomeran. Miscell. I. des K. Prov.-Archives zu Stettin. Mittheilung des Freih. v. Nebem.

LXVI. Markgraf Ludwig verzeihet Tempelburg dem Johanniter-Orden,
am 10. September 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Dedimus, donauimus et presentibus damus et donamus honorabilibus et religiosis viris ordinis sancti Johannis Jerosolymitani domus hospitalis fratibus, meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et adhuc exhibendorum consideratione, castrum et opidum Tempilburg cum singulis et vniuersis ipsis, videlicet castro et opido, de iure seu ex debito pertinentibus suis pertinentiis in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendum, tenendum pariter et habendum. Adiectione tamen tali addita, quod prenotati ordinis fratres nobis et heredibus nostris cum pretactis opido et castro, contra quemlibet hominem cuiuscunque conditionis seu status fuerit, sine contradictione qualibet, perpetue, quotienscunque et quocunque tempore nobis heredibusque nostris necesse fuerit et ipsos habuerimus requisitos, parere debeant et patere. In cuius etc. Testes Burggrauus de nürenberg, H. Comes de Swarzburg, Büch, mütnner, Swyker, wolfsteiner, Hufener, Lochin, Hele, pincerna, magister coquine, Haffo senior, g. wolf, wolkowe, Loterpeck. Datum Berlyn, anno XLV^o Sabbato post nativitatem virginis marie.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

LXVII. Markgraf Ludwig verschreibt der Gattin Betkins von der Ost ein Leibgeding,
am 22. September 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus honeste matrone domine margarete, strenui militis Betkini de Ost fidelis nostri dilecti conthorali legitime XXX^a frusta reddituum annuorum sita in villa massyn, iacente prope Landsperg nouam